



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXIII. Bischof Heinrich von Camin verschreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablass, am 23. Januar 1306.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XXIII. Bischof Heinrich von Camin verschreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlan einen Ablass, am 23. Januar 1306.

Heynricus, Dei gracia Caminenfis ecclesie Episcopus, vniuersis presencia visuris salutem in domino. Cupientes Christi populum domino reddere acceptabilem et ipsum nostris indulgentiis quasi quibusdam muneribus allectiuus ad diuinum officium et ad Karitatis opera inuitare, Omnibus itaque vere penitentibus et confessis, qui ecclesie S. Marie in Preimzlauia manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies indulgentie de iniuncta eis penitencia in domino misericorditer relaxamus. Datum Primzlaue, Anno domini Millefimo trecentesimo sexto, Sabbato, quo cantatur venite adoremus.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXIV. Der Rath der Stadt Prenzlan gestattet dem Kloster Gramzow zwei Häuser in der Stadt inne zu haben und setzt die Bedingungen dieses Besizes fest, am 14. August 1306.

In nomine Domini Amen. Humani generis acciones multociens a memoria hominum laberentur, si non testibus idoneis et literis autenticis firmarentur. Hinc est, quod nos Prefectus, Consules, necnon scabini ciuitatis Primzlaue tenore presencium literarum recognoscimus coram vniuersis Christi fidelibus publice protestantes, quod nos ad petitionem honorabilis viri Domini Theodorici Prepositi nec non totius conuentus Gramzouienfis ipsis prehabita bona deliberacione, et maturo discretorum nostrorum conciuum consensu et consilio mediante annuimus cum fauore, ut due hereditates simul site in nostra ciuitate, apud valum lapideam, in opposito clauftri fratrum predicatorum, eisdem in hunc modum libere resignentur, videlicet dictus conuentus versus platheam tres construet mansiones in eisdem tres seculares personas viros idoneos collocando, qui pro dictis hereditatibus faciant statuta ciuitatis, quemadmodum eorum vicini circummanentes faciunt iura ciuilia in omnibus adimplendo. Et quociens collecta, que schot vulgariter dicitur, in nostra dabitur ciuitate tociens predictus conuentus nostre ciuitati collectam pro octoginta marcis Brandenburgensis argenti donabit de hereditatibus prenotatis, prouiso nihilominus, quod incole dictarum hereditatum de propriis rebus seu facultatibus collectam specialiter erogabunt. Item sepedictus conuentus memoratas hereditates edificijs sibi congruentibus licite emendabit de cetero nunquam spacium longius aut laciis postulando, nisi quantum aree dictarum hereditatum nunc probantur racionabiliter continere, sed solum in his hereditatibus sit contentus, nusquam in ista ciuitate hereditatem aliam possidendo neque mansionem conuentualem ibidem aliquatenus attemptando apud nos posse de cetero obtinere. Preterea omne quod construitur et agitur in hereditatibus pretaxatis hoc debet esse conueniens et honestum, ne conciuibus vel ciuitati ex eo ulla infamia seu periculum aliquod oriatur. Ut igitur hoc factum rite et racionabiliter ordinatum perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur, presens scriptum inde confectum sigillorum videlicet venerabilis Patris Domini